UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Secundæ diei contemplationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

Visual Library

ditioni æquiualeat; hunc in modum: vbi primum in mentem veniet, adeſſe meditandi horam priuſquam accedam, proſpiciam eminus, quò ferar, & coram quo ſim appariturus, ac tranſcurſa obiter exercitij oblati parte, contemplationem ſtatim auſpicabor.

IN SECUNDA DIE; Argumentum primæ & ſecundæ contemplationis, erit CHRISTI *præſentatio in* *m *templo; de qua infra pag. 154. &* * *fuga in Ægyptum; de qua pag. 155.*

SVPER duabus his contemplationibus fiet repetitio duplex & ſenſuum applicatio, vt ſupra.

NOtandum, quod expedit nonnunquam eum, qui exercitatur, quamuis & vigore animi, & corporis robore ſit prædirus; non nihil ta-

men remittere de præſcriptis exercitiis ſecundæ huius hebdomadæ, & ſubſequentium duarum: vt aſſequi, quod cupit, commodius valeat, accepta ſolummodo contemplatione vna in crepuſculo matutino,& altera circa Miſſæ tempus: quarum repetitionem faciet hora veſperarum: & ſub cœnam, quinque imaginationis ſenſus ſuper iiſdem exerceat.

DIe vero tertia meditandum occurret, quo pacto puer IESVS apud Nazareth ſubditus erat parentibus, vt habetur pag. 156. Deinde quomodo ab eis repertus fuerit in templo, p. ead. Fient item duæ repetitiones, cum ſenſuum applicatione.

PRÆLVDIVM QVODdam, circa conſideratione ſtatuum, ſeu generũ vitæ diuerſorum.

CVM ſupra * propoſitum fuerit exemplum CHRISTI,de vitę genere,quod in mandatorum DEI *n

obſer-